

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG\\_0122](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0122)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

CAPUT QUINQUAGESIMUM  
QUINTUM.*Lignum Clavorum. Lolan Waran.*

**A**RBOR hæc magnam habet adfinitatem cum *Bintangora* seu *Caju Maria*, ejus vero truncus multo brevior & tenuior est, ita ut vir ipsum ulnis complecti possit, magisque in altum erigitur. Cortex non ita profunde fissus est, nec adeo nigricat: Ejus ramuli sunt breves, crassi, nodosi, & tanquam in genicula divisi, vetustarum vero arborum glabri sunt. Trunci cortex crassus est, multisque verrucis ac punctulis notatus. Folia ramulorum summo insident bina sibi obposita & oblique cruciata, illis *Bintangoræ* simillima, vel paulo majora, crassa quoque & scabra instar corii vel membranæ, octo decemque pollices longa, tres cum dimidio & quatuor lata, tubrotunda, quædam vero bifida, nec ita glabra illis *Bintangoræ*, loco enim subtilius & parallelarum costularum hæc multis gerunt subtilem intricatasque venulas, quarum quædam rectiores sunt, magisque protuberant reliquis, ac rugosum constituant folium: Nervus medius ingens est, superne planus & sulcatus, inferne trigonus & maxime protuberans: Petioli breves sunt & crassi, siue rumpantur, lac aliquod spissum & flavescentes, aliquando rarum, exstillat, aliquando non. In nodosis ramis post folia flores proveniunt solitarii, quivis vero peculiari ex petiolo, multo minori illis *Bintangore*.

Capitula flores formantia sese aperiunt in binas virides & conchæ-formes squamas, quibus petala sex albicantia insident, quorum tria sunt majora, & extorsum flexa, uti in *Bintangora*, odoris debilis, medium vero spatium repletum est brevibus albisque staminibus, antheras luteas gerentibus & in fundo lanuginosis: Singulis vero in ramis unus alterve tantum simul sese aperit flos, reliquis capitulis clausis. Fructus raro conspicuntur, ac duplices ipsorum observavi differentias, quidam formam habebant illorum *Bintangoræ*, sed minores erant, & rugosi, alii vero oblongi erant, ab utraque parte acuminati, tres pollices longi, pollice crassiores, primo pallide flavescentes instar *Ochræ*, vel maturorum *Pyrorum*. Sub molli putamine ingens & oblongus reconditur nucleus, externe ex viridi nigricans, ex dura & sicca formatus substantia instar nuclei *Bintangoræ*, qui per longitudinem in bina inæqualia segmenta divisibilis est, putamen vero refertum est albicante & visco lacte. Unus tantum fructus in toto conspicitur ramo.

Hujus trunci lignum ad oras albicat, sensim vero interne magis rubet vel purpurascit, meditullium vero seu cor ipsum ex fusco rubet instar carnis fumo induratae, circa trunci instaritem partem, uoi aliquando foveis excavatus est, semper magis fuscum est lignum quam in superiori parte, ubi maxima ex parte albicat. Fuscum ejus cor lignum gerit solidum & durum nec ita nodosum quam in *Martabul*, sed longitudinalibus constat fibris, unde & facilius findi potest, circa radicem truncus multos quoque emitit surculos, præsertim si incurvus decumbat, ibique sit gibbosus. Flores Novembri observantur & subsequentibus mensibus.

*Nomen. Latine Lignum Clavorum* ab ejus usu, quidam Malayenses arborem vocant *Cumbang Satoe*. h. e. unifloram, quum unus tantum alterve flos simul aperiatur, magis tamen nota est Amboinensi nomine *Lolan Waran*, *Lolan Waccan*, & *Lolo-Waran*, h. e. *Lolan* seu *Clavorum lignum*, cum foliis arboris *Waran* seu *Walan*, de qua in subsequenti libro, seu proprie *Bandanensis Lolan*, quum Amboinenses Bandam *Waran* vocent. In Leytimora nominatur, sed erronee, *Lauassin*, h. e. falsum folium, quum igni inpositum strideat, quod proprie verum est de *Folio Acidò*, de quo supra capite 29. Forte hanc pro litorea habent *Lauassin*. Ternatenses illam vocant *Tutumassuniha*, h. e. Jongen *Lolan*, quod nomen commune est cum præcedenti *Martabul*. Booroanensibus dicitur *Mattabuen* seu *Mattabue*, h. e. Murium timor ob subsequenter rationem. In Boerone *Tafobo* & *Lalan Bitauer* vocatur ob similitudinem *Bintangore*.

## LV. HOOFDSTUK.

*Spyker- ofte Nagel-Hout.*

**D**Ezen boom heeft groote gemeenschap met de *Bintangor* ofte *Caju Maria*, dog den stam is veel korter en ranker, zo dat hem even een man omvademen kan, by staat ook meer overeynd. De schorisse is zo diep niet gescheurd, nog zo swart. De ryskens zyn kort, dik, knoppig, en als in leden verdeelt, dog aan de jonge boomen zynze glad. De schorisse des stams is dik, en met vele wratten en peukeltjes bezet. De bladeren staan aan 't uitterste der takjes, twee en twee tegen malkanderen, in een schuyns kruys, die van *Bintangor* zeer gelyk, of wat groter, mede dik en styf, gelyk leer of perkement, agt en tien duymen lang, vierdebalven en vier duymen breed, van vooren rond, en zommige gekloven; zo glad niet, als die van 't *Bintangor*, want in plaats van de subtile parallele ribbetjes aan 't zelve, hebben deze vele fyne en verwerde adertjes, waar van weynige regter en uytstekender zyn, dan de andere, en dit blad rimpelig maken. De middel-zenuwe is groot, boven plat en gevouwt, van onderen drieckant, en verre uytstekende. De steeltjes zyn kort en dik, als men ze afbrekt, eenige dikke en geelachtige melk, dog schaars uitswetende, somtyds niet. Aan de geknopte takken agter de bladeren komen de bloemen voort, enkelt, en ieder op een bezondere steel, veel kleender dan die van *Bintangor*.

De knoppen openen baar in twee groene en schubswyze wangetjes, tusschen dewelke staan zes witte blaadjes, waar onder drie grotere zyn, en uytwaarts geboogen, gelyk aan de *Bintangor*, inwaarts, van een slappen reuk, de middelste spatie is uitgevuld met korte witte draadjes, geele noppen bebbende, op den grond wolagtig: Aan yder tak opent baar maar een of twee teffens, blijvende de rest in baare knoppen beloten. De vruchten ziet men zelden, en ik heb tweederley daar van gevonden, de eene waren als die van *Bintangor*, dog kleender en gerimpelt, de andere waren langwerpig, agter en vooren toegespitst, drie duymen lang, ruym een dik, eerst bleek of ooker-geel, als rype peeren. Onder een weekse schaal ley een groote langwerpige korl, van buuten swart-groen, van een bardachtige en drooge substantie gemaakt, gelyk 't pit van *Bintangor*, die zig na de lengte in twee ongelyke stukken laat deelen, en de schaal streekt vol witachtige en kleverige melk. Men vind maar eene vrucht aan een gebeele tak.

Het bout van den stam is aan de bovenzijde wit, en al lenskens na binnens, soetbruyn-rood, als geroukt vleesch, omtrent het onderste van den stam, daar by somtyds bollen ofte kuylen heeft, altyd bruynnder dan aan 't bovenste, daar het meest wit bout is. Het bruynne bert is een massief en bard bout, zo warrig niet als aan *Martahul*, maar regtdradig, en laat zig ligter kloven. Omtrent de wortel schiet den stam ook vele scheuten uyt, inzonderheid als by wat krom leyd, en aldaar bulten heeft. De bloemen ziet men in November en de volgende maanden,

*Naam. In 't Latyn Lignum Clavorum, dat is Nagelen-bout, van zyn gebruyk, zommige Maleyers noemen 't *Cumbang Satoe*, dat is Uniflora als een bloem, om dat men maar een of twee bloemen teffens geopent ziet, dog het is meer bekent met den Amboinschen naam *Lolan Waran*, *Lolan Waccan*, en *Loro Waran*, dat is *Lolan* of *Nagel-bout*, met bladeren van den boom *Waran* of *Walan*, waar van in 't volgende Boek, of eygentlyker Bandanees *Lolan*, om dat de Amboinezen *Banda Waran* noemen. Op Leytimor noemen zy 't dog abusivelyk *Lauassin*, dat is zout-blad, om dat 't in 't vuur zo knerst, het welk eygentlyk 't *Folium Acidum* is, waar van hier boven Kapittel 29. Het zy dan, dat ze dit voor een Strand-Luasin willen houden. De Ternatanen noemen 't *Tutumassuniha*, dat is jongen-*Lolan*, een naam gemeen met 't voorgaande *Martahul*. De Booroanen noemen 't *Mattabuen* of *Mattubue*, dat is myzen-vreeze, om de volgende reden. Op Boero 'Tafobo en *Lalan Bitauer*, na de gelykenisse met *Bintangor*.*

*Locus.* In ipsa raro obcurrit Amboina, ac ibi in Hitoes ora, frequentior vero est in Cerama, Bonoa, & Bourone, non tantum in litore, sed etiam ab ipso remota ad lapidis jaustum.

*Usus.* Fuscum ligni cor adhibetur ad clavos ligneos ex ipso formandos ad Corre Corren, aliaque majora navigia apud Ceramenses & Bonoerenses, ubi nulla alia conquiri potest Lolana, durum enim est hoc lignum & durabile in aqua marina. Coronæ cistorum & scriniorum ex hoc itidem formari possunt, si rite sit siccatum, sed aliquando poliendum & fricandum est, fuscus enim color alioquin facile in cinereum & pallidum degenerat. Bonoenses folia vel virides comburunt ramos in ædibus suis vel novis exstructis hortis, ut mures pellant, qui per stridorem, horumque foliorum strepitum ac per ignem terrentur, non tantum enim instar salis strident, sed sonitum etiam & iactus quasi edunt.

In Rumphii Appendix haec adduntur.

Hanc comparæ arborem cum illa Hort. Malab. part. 4. Fig. 39. ibi descripta sub nomine Tsjerou Ponna. Portugallice Ponnaco Pequeno. Belgice kleyne geele Gom-Boom, ubi ipsi fuscum tribuitur lignum, edulesque fructus.

### Tabula Sexagesima Quarta

Ramum exhibet arboris, quæ *Lignum Clavorum* præbet.  
Ubi Litt. A. *separatum florem*,  
B. *Fructum* denotat.

### CAPUT QUINQUAGESIMUM S E X T U M.

#### *Arbor Palorum. Caju Belo.*

**A**rbor Palorum in tres dividitur species, in binas albas unamque nigram, alba iterum subdividitur in parvifoliæ seu mixtam, & latifoliæ.

Prima Arbor Palorum parvifolia vulgarissima est, ac mas habetur, pluribusque exsurgit stipitibus instar fruticis, quorum vero quisque crassitiem perfectæ adquirit arboris, plurimi autem non ultra crus crassefunt, non recti sed sinuosi, nec multum supra radices truncum formant, qui æquali & ex cinereo rufa obducitur cortice, qui in quibusdam finditur locis, hi quoque trunci aliquando sulcati & angulosi sunt, ita ut Guajavos mentiantur arbores, quas rami ac folia quodammodo etiam referunt, tenuum vero ramorum cortex ex viridi & fusco mixtus est colore, ac per longitudinem striatus.

Folia per ordines longis in ramis locantur septem, decem, ac duodecim ab una parte non directe opposita, sed plerumque obliqua & alternata, sunt vero non longiora illis Guajavi, septem, octo, & novem pollices longa, binos lata, in vetustis vero & frugiferis arboribus breviora sunt, scabra, multisque obliquis & parallelis costis pertexta, unde & contracta sunt, nihilominus tamen glabra, splendentia, & obscure nigra.

Flores illos Mangæ referunt, sed sunt majores, longis enim insident racemis pedem longis & ultra, qui in paucos minores dividuntur laterales ramulos: Flosculi vero sunt pusilli & concavi illis Liliæ convallium vel Oxyacanthæ similes, sed minores, minusque cavi, ex quinque brevibus formati petalis in orbem positis, coloris pallide albicanis, in horum centro quædam parva adparent albicania stamna, in quorum medio capitulum viride conspicitur, quod in fructum excrescit. Floret Novembri & Decembri, floresque gratum Cinnamomi spirant odorem, licet per aliquot dies in ædibus fuerint depositi. Fructus dictis ex racemis dependent sibi subpositi, magnitudine globorum sclopeti, seu fructus Bori, per tres nempe fulcos in tot partes divisi, primo pallide virides, instar enuclea-

plaats. Op Amboina zelfs vind men hem weinig, en aldaar op de Kuſt van Hitoe, meer op Ceram, Bonoa, en Bouro, niet alleen op strand, maar ook een steen-werp daar van af.

Gebruik. Het bruyne bert is in groot gebruyk om boutie nagels daar van te maken tot baare Corre Corren, en groote Vaartuygen, by de Cerammers en Bonoers, daar men geen ander Lolan kan hebben, als zynde hard en durabel in zee-water. Men kan 'er ook lysten tot Kijten en Kantoren van maken, als het wel gedroogt is, maar men moet 't onderbouden met schueren en polyſten, anders wert de bruyne couleur graauwachtig en doods. De Inwoonders van Bonoa branden deze bladeren of groene takken in baare buyzen of nieuw-gemaakte Tuynen, om de muzen te verjagen, dewelke door het knerfjen en kraken dezer bladeren en 't vuur verschrikt werden, want ze niet alleen knerfjen als zout, maar ook een geraas maken, en slagen geven.

Dit wert in het Byvoegzel van Rumphius daar by gedaan.

Vergelykt dezen boom met een andere in Hort. Malab. part. 4. Fig. 39. beschreven, onder den naam van Tsjerou Ponna. In 't Portugeesch Ponnaco Pequeno. Op Duitsch kleene geele Gom-Boom; alwaar hem een bruyne bout en eetbare vruchten worden toegeſchreeven.

### De vier- en zestigste Plaat

Vertoont een Tak van de Nagel-Boom.  
Alwaar Lett. A. deszelfs bloem afzonderlyk,  
B. De vrugt aanwyft.

### LVI. H O O F D S T U K.

#### Paalen-Boom.

**A**rbor Palorum werd verdeelt in drie zoorten, te weten twee witte en een zwarte. De witte werd weerom onderdeelt in een kleenbladige ofte gemengde, en een grootbladige.

De eerste Arbor Palorum parvifolia, is 't gemeenste, en werd voor 't mannetje gebouden, enschiet op met meer stammen gelyk een struyk, doch werd ieder zo dik, als een Formeel-boom, doch de meeste werden niet boven een been of dye dik, niet regt, maar wat bogtig, en niet ver boven de wortel een ſtam makende, met een even en uyt de grond komende ſchors, die rig hier en daar ſchilfert, en de stammen zyn ook zomtyds gevoort en geboekt, zo dat menze voor Guajavos-boomen zoude aanzien, waar na de takken en bladeren ook eenigzins gelyken, doch de ſchorſe van de dunne takken is uyt den groenen en bruynen gemengt, en in de lengte wat gestreept.

De bladeren staan mede in ryen tegen malkanderen, aan de lange en ſtyve takken, met zeven, tien, en twaalf aan eene zyde, aan de meeste niet regt, maar ſchuyns tegens malkander. Zy zyn niet langer, dan die van Guajavos, zeven, acht, en negen duymen lang, twee breed, doch aan de oude en vruchtdragende stammen zyn ze korts, ſtyf, met vele parallele ribben dwars doorregen, en daar door gefronjt, niet te min glad, glimmen-de, en zwart-groen.

Het bloeizel gelykt dat van de Mangas, doch is groter, want het staat aan troffen een voet lang en meer, die bun in weinige zyde-steelen verdeelen. De bloempjes zyn kleen en bol, het Lilium Convallium of Mey-bloemen gelyk, doch kleender en min bol, gemaakt van vyf korte blaadjes, die in een kring staan, bleek-wit van couleur, binnen ziet men ettelijke kleene witte draatjes, met een groen knopje in de midden, waar uyt de vrucht werd. Het bloeyt in November en December, en zyn bloeizel riekt lieffelyk na Caneel, al heeft 't enige dagen in huys geleegen. De vruchten hangen aan de voornoemde troffen agter malkander, in de grootte van roer-kogels, of de vrucht van Bori, te weten, door drie voorens in zo veel deelen verdeelt, eerst bleek-groen, daar na geel, daar binnien vind men drie witte langachtige korls, geklyk